male fundata necesse est ut vniuersa deinceps vi  
ciorum structura consurgat. Nec unq̄ potest in  
corde suo humilitatem christi suscipere. cum sibi  
uel de natalium nobilitate gloriatur. vel inflat de  
seculi q̄ corpore non mente deseruit dignitate. xl  
de pecuniis ad ruinam suam retentis extollit. Ne  
ipsum quidem auribz suis doctrinam perfecti  
onis admittit. tantūqz concrescit in corde ei? spū  
alis verbi fastidium. ut cum forte talis fuerit ab  
orta collatō. vno in loco stare nesciat eius obtut?  
sed hic illucqz stupidus circumferat. Pro sputis  
autem saliuaribz spurca de sicco gutture contra  
buntur. digitū ludūt. et in modum quidem scribē  
tis volitant atqz depingunt. et ita hac atqz illuc  
membra cōmouentur. ut se ul'scatentibus vermi  
bus vel accutissimis sudibz credat īsidere. et qd  
quid simplex collatio ad edificationem protuleit  
audiētū. ad suam sugillationem estimet esse p  
latum toto: corpore quo spūalis vite examina  
tio ventilatur. suis suspicioibz occupatus. nō  
quid exinde ad pfectum suum capere dbeat au  
cupatur. sed causas cur vñūquodqz sit dictū soli  
cita mente perquirit. vel quid eis obicere possit.  
Et ita fit ut non solum in nullo ei proficiat colla  
tio spūalis. verum etiam damnosā magis existat  
dum enim conscientia sua totū suspicatur cōtra  
se esse prolatum. vehementē cordis obstinatōne  
duratur. ireqz stimulis acris instigat. Deinde p  
hec excelsa vox sermo rigidus. amara et turbulē  
ta responsio. incessus erectus ac mobilis. lingua  
facilis. procax loqua nec unq̄ taciturnitas ami

ca. nisi cum contra fratrem rancorem ī corde suo  
conceperit. ita ut quid in eo detestabilis sit haud  
facile cernatur verum diffusa illa petulansqz leti  
cia. an dira hec virulentaqz seretas. Et cum ipse  
tumore possessus facile cunctis tristicias īferat.  
atqz ad satisfactionem lesi fratris semetipsum su  
mittere dedignetur. etiam ab illo sibi oblatam cō  
temnit. His igit̄ īdicis carnalis ista superbia  
declarat. Inest in loqnela eius clamor. ī taciturni  
tate amaritudo. excelsus et effusus ī leticia risus  
irrationabilis ī serietate tristitia. ī responsione  
rancor. facilitas ī sermone. expers patientie est.  
caritas aliena. audax ad contumelias irrogandas  
ad tolerandas pusillanimis. ad obediendum diffi  
cili. nisi ī quo eam desiderium suum voluntasqz  
preuenierit. Nullo enim modo poterit ī aīma no  
stra virtutum structura consurgere. nisi prius ia  
cta fuerint vere humilitatis fundamenta. Quod  
nullatenus poterimus implere. nisi abrenunciatio  
vera facultatum ī nobis fuerit christi amore fun  
data. deinde obedientie subiectio simplici corde su  
cepta ita ut preter abbatis mandatum. nulla pe  
nitens voluntas viuat ī nobis. Quod non alie ob  
seruari poterit. nisi quis non solum se mortuum  
mundo. verum etiā īspiente iudicauerit ac stul  
tum. vniuersa que sibi fuerint a senioribus impa  
rata. sine ulla discussione perficiens. sacrosancta  
ea credens ac diuinitus promulgata. In qua con  
sistentibz e qualitate proculdubio status ille huī  
litatis vere tranquillus subsequit. vt nosipso ī  
seriores omnibus iudicantes. vniuersa que nobis  
irrogata fuerint. īmuriosa uel tristi tanq̄ a supe  
rioribus nostris illata. paciētissime tolerem? De  
niqz eandem humilitatem erga deum feruentissie  
rentemus. vt nichil nos absqz illius opūtūlatō  
vel gratia posse perficere cognoscamus. **XLI**.

**Collatio abbatis moyli de puritate cordis**

**Idem ī libro decimo collatō prima**

**O** Un ī heremo scichi abbatez moylen ex  
petissemus. pariterqz ab eo edificatiōis  
sermonem fusis lacrimis posceremus.  
quippe cuius animi rigorem hunc noue  
ramus. vt nīli fideliter desiderantibus et cū omī  
cordis contritione querentibus. nequaq̄ acquies  
ceret ianuam perfectionis apire. ne scilicet īdig  
nis et fastidiose suscipiētibus pandēs. aut iactā  
tie viciū aut proditōnis crimen videretur īcur  
rere. tādem fatigatus precibus nostris ita exorsy  
est. Omnes īquit artes et discipline scopon quē  
dam. id est destinationem. et telos. id est ī mem p  
riūm habent ad quem respiciens vniuersiūqz ar  
tis īdustrius appetitior. cunctos labores et pei  
cula atqz dispendia equanimiter libenterqz sustē  
tant. Finis quidem nostre professōnis est regnum  
dei. scopos puritas est cordis. Que si pre oculis  
nostris iugiter statuta fuerit. non solum cū cōtō  
labores nostros varios atqz instabiles reddet. s  
etiam cogitationes diuersas sibi contrarias susci  
tabit. Necesse est enim mentem. quo recurrat cui  
ue principaliter inhereat nō habentem. per singu  
la momenta pro īcursuum uarietate mutari. acqz  
ex his que exersecus accidunt. ī illum statū cō  
tinuo transformari q̄ sibi prim? occurrerit. Hic  
namqz est q̄ nō nullus mundi hui? maximas facul  
tates et prediorum magnificentiā contēpnentes  
post hoc videmus pro scalpello. pro graffio p acu  
pro calamo cōmoueri. Nō nulli tanto zelo codice;

seruant. ut eū ne leuiter quidez legi vel cōtigi ab aliquo finant. et inde occasiōes ī patientie ac moris incurrit. vnde monenē stipendia patientie & caritatis acquirere. Cūqz omnes diuitias suas p̄ christi amore disperserint. p̄stū tamē cordis affectū ī rebz minimis retentātes et pro ipsis nō nūqz mobilite r̄ irascentes. ex omnibz infructuosi sterilesqz reddūtur. Si distribuero īquit paulz ī cibos pauperū &c. Vnde líquido cōphatur. p̄fectionem n̄ statim nuditatē seu dignitatu abiectione contingi. nisi fuerit caritas illa cui⁹ apostol⁹ membra describit. ī veritate possessa. que ī sola cordis puritate cōsistit. Nā quid est aliud non emulari. non inflari. nō irritari. et reliqua. nisi cor p̄fectum et mūdissimū deo semper offerre. et vacuū illud a cūctis perturbatōibz custodire. Omnia igie huius gratia gerenda appetenda sūtqz nobis. pro hac solitudo sectāda est. pro hac ieunia et vigilias labores debere nos suscipere noneris. Et non ppter has obseruationes. si forte non potuerim⁹ implere. incīdam⁹ ī tristiciā vel irā sive indignatōnem. non enim tātū est lucrū ieunij qntū ire dispendū. nec tātus lectione capiē fructus qntum cōtemptu fratris īcurrat detrimētuz. Ea igitur que sequentia sūt. id est. ieunia. vigilie &c. ppter principalem scopon. id est. puritatē cordis qd̄ ē caritas nos uenit exercere. et non ppter illa hanc principalem virtutem perturbare. qua ī nobis integra durāte nichil oberit si aliquid eorum per necessitatē fuerit p̄termisū. Nec p̄derit vniuersa fecisse adempta hac principali causa. cuius obtentu sūt omnia pagenda. que non p̄fectio sed perfectionis instrumenta sūt. Quidqđ igitur potest istā mentis puritatem trāquillitatē qz turbare. qmuis vrile ac necessariū videatur. ve noxiū deuītādum est. **XLII.** **D**e cōtempatione diuinitatis.

**N**berere quidez deo iugiter. et cōtempationi eius īsepabiliter copulari. īpossibile est homini caris fragilitate circumdato. verū oportet nos scire. vbi nostre mentis intentionem dbeam⁹ habere defixā. et ad quā destinationē semper anime nostre reuocem⁹ intuitū. quā cum poterit obtinere mens gaudeat. et a q̄ distractā se doleat atqz suspirat fornicatōez īdicās vel momentaneū a christi cōtemplatione discessū. a quo cū deuīauerit paululū noster obtutus. rursus ad eū meneis aciem reuocem⁹. Contēplatio vero dei multifarie concipiē. Nam de⁹ nō sola īcōprehensibilis illius substātie sue admiratione cognoscit̄ quod adhuc ī spe repmissionis absconditū est sed etiam creaturaz suaz magnitudine. uel eq̄tatis sue consideratione. uel quotidiane dispensationis auxilio prouidetur. quādo scili cet que cum sanctis suis per singulas generatōes egerit mente purissima plustram⁹. cum potētiam ipsi⁹ qua vniuersa gubernat moderat̄ ac regit. cū īmensitatē scientie eius et oculum quem secreta cordiū latere non possūt. tremēt̄ cor de miramur cum arenā maris vndarūqz numerum dimensuz ei et cognitum cogitam⁹. cum pluuiarū guttas. cū seculorū dies et horas. cuz p̄terita futura ue uniuersa. stupescentes scientie eius alistere contēplamur. cum ineffabilem clementiam eius cōsideramus. qua īnumera flagicia. que singul̄ quibusqz momentis sub ipsius cōmittitur aspectu. īdefensa longanimitate sustentat. cum īt uemur vocati

erem qua res nullis p̄cedentibus meritis gratia sue miserationis ascūit. cum deniqz quot occasiōes salutis tribuit adoptādis. cum quodā admītationis ītuemur excessu. q̄ ita nos nasci precepit. et ab ipsis cunabulis. gratia nobis legisqz sue noticia tradetur. q̄ ipse aduersariū vincens in nobis pro solo bone voluntatis assensu eterna beatitudine ac perpetuis nos p̄mis munera. q̄ postremo dispensationem īcarnationis sue p̄ nostra salute suscepit. ac mirabilia misteriorū suorū ī cunctis gentibus dilatauit. Sūt alie quoqz huīusmodi īnumere cōtemplationes. que pro qualitate uite ac puritate cordis ī nostris sensibz oriūtūr. quibz deus vel uidetur mundis obtutibz ul̄teneat. quas perfecto null⁹ perpetuo retētabit. ī quo adhuc aliquid carnalū viuit affectū. **XLIII.**

**D**e purgatione mentis a cogitationibz p̄uis.

**M**Entem quidem non interpellāti cogitatiōibz īpossible est. suscipere vero eas siue respuere omni studenti per gratiaz dei possibile est. Est inq̄m nostrū magna expte ut cogitationū qualitas emēdet. uel facte oriant̄ ī nobis. uel terrene carnalesqz decrescat. Ideo nāqz frequens lectio et iugis adhibet̄ meditationis scripturarū ut exinde nobis spiritualis memoriē prebeat̄ occasio. Idcirco decātatio cōpunctio sūmī strettur. Idcirco vigiliaz orationūqz ac ieuniorū sedulitas adhibetur. ut extenuata mens non terrena sapiat sed celestia cōtempletur. Quibz rursus negligētia īrepente cessantibus. necesse est ut mens viciorū squalore concreta. ī carnalem p̄tem inclinetur et corruat. Quod exerticiū cordis non īcōgrue molarū similitudini cōparat̄. quas meatus aquarum preceps īmpetu rotare p̄uoluit que nullatenus quidem cessare possunt ab opera suo aquarū īmpulsibus circūacte. In eius uero qui preest situm est potestate. vtrū nam triticum malit. an ordeum lolium ne cōmīui. Illud quippe est proculdubio comimolendū. quod īgestum fuērit. ab illo cui operis illius cura cōmissa est. Ita igitur etiam mens per uite presentis incursis vndiqz īgruentibz temptationum torrentibus circumacta. vacua quidem cogitationum estibz esse non poterit. quales vero uel admittere uel parare sibi debeat. studii ac diligentie sue p̄rouidebit in dūtria. et secūdum sententiam domini saluatoris vbi fuerit thesaurus intentionis nostre. ibi et consuētūr necessario permanebit. **XLIII.**

**D**e tripli origine cogitationum

**T**llud sane nosse debemus tria cogitatio num nostrarū esse p̄cipia id est ex deo ex dyabolo. et ex nobis. Ex deo quidem sunt. cum sp̄ūsancti illustratio nos visitat. et ī quibz uel minus acquisiūimus. uel desidiose agentes superati sumus. salubri compūctione castigat. uel cum reserat nobis celestia sacramenta. et propositum nostrum ad meliores actū uoluntate m̄qz conuertit. Ex dyabolo uero. cū s̄b uertere nos tam viciorū oblectatione q̄ etiam occultis conatur īsidijs. transfigurans se ī āge lum lucis. Ex nobis autem cum eoz que gerim⁹ uel gessimus uel uidimus naturaliter cōcordamur. Hinc oportet nos uniuersas cogitationes q̄ emergunt in corde nostro sagaci discretionē discutere origines earum uel causas autoresqz primius īdagantes. uti quales nos eis prebere debeam⁹ ex

aliorum merito qui eas suggestū considerare possumus. ut efficiamur probabiles secundum prcep-  
tum domini trapezete. cuius summa pitia est pro-  
bare quod sit aurū purissimum quod ue minus pu-  
gatū d' ero quoqz viliqz denario. si p̄ciosum nū  
missimā sub colore seu idumento aurī fulgetis imi-  
teur. et non solū nūmisimata tyrānorū vultus  
exp̄mēta. sed etiam illa que sunt veri regis ima-  
gine sed non legitime figurata discernere. deinde  
ne quid illis a legitimo pondere diminutū sit. cen-  
sura trutina diligenter m̄qrere. Dyabolus enim de-  
cipit cū fuerit sub colore s̄actitatis obiectus. odit  
autem sonū cautele. id est. discretōnis vi. In quo  
etiam abbatem iohānem qui lico morat nouim⁹ nu-  
per illusū. Naz cū exhausto corpore atqz defecto  
perceptionem cibi biduano ieunio distulisset. ac-  
cedente ei ad refactionem die postero veniens dy-  
abolus in figura ethiopis tetri pueri ad ei⁹ genu  
a prouolutus. Indulge inquit michi. quia ego ei⁹  
bi hunc laborem idixi. itaqz vir ille tātis intellex  
it se calliditate dyaboli tali se distentus ieunio ut  
lassitudinem non necessariā imo etiaz spiritui no-  
cituram fatigato corpore supponeret. Erat ergo  
hec quadrigitico modo nobis necessaria discretō  
ut primū nos materia auri ueri fucati ve non late-  
at. Scđo ut has cogitationes que mentiūtur ope-  
ra pietatis tanqz adulterina nūmisimata rep̄bem⁹  
repote que falsam imaginē regis non legitime si-  
gnatam cōtimeat. vel illa que i auro purissimo scri-  
pturarū viciose et heretico sensu non veri regis  
sed tirāni preferunt uultum. similiter discernentes  
refutare possimus. siue illa quorū pondus ac pre-  
cium erugo vanitatis arrodens exagio seniorū n̄  
sinit adequari. ut nūmisimata leuia atqz dānosa mi-  
nusqz pensantia recusemus. Itaqz beatus moyses  
collationi nostre dās finem. adhuc nos autōs ac  
de suo ore pendētes. degustare somnū paulisper  
horatus est. eisdem ipsis quibus insidebam⁹ p̄fiz-  
atis admonens incubare. **XLV** De indiscre-  
ta presumptione quoqzdam. Ex libro secundo.

**T**erastino a nobis vero requisit⁹ hec a  
it. Omniū virtutum generatrix custos  
moderatrix discretio est. Recolite id qđ  
nuper vidistis senē uislicet heronez. il-  
lusio dyaboli a sumis ad yma deiectum. Nā quā  
quaginta annis in hac heremo cōmoratus. tanto  
rigore ieunium semper exercuit et solitudinis se-  
creta secessatus est. ut ab eo participatōem inēdi  
cum fraternitate cōiuui nec veneratō quidem di-  
ei paſchalis aliquādo potuerit obtinere ne quātu  
lūcumqz perceptione parui legumis a suo vidēt  
proposito relaxasse. Qua p̄sumptione decept⁹ an-  
gelum sachane velut angelum lucis suscipiens ei  
us precepto obediens ac de sponſione ei⁹ non du-  
bitans. qui cum pro merito virtutū ac laboruz su-  
orum nequaqz posse firmauerat ulli iaz discriminā  
subiacere. cui⁹ rei fidem ut experimēto compa-  
ret. in profūdissimuz p̄tētū se deiecit. magnū sci-  
licet virtutis sue meritum probatur⁹. cu⁹ inde ex-  
isse illus. De quo cum pene exinde exanguis in-  
genti fratrum labore fuisset extict⁹. vitā die ter-  
ea finiturus. quod his deterius est ita in sue de-  
ceptionis obſtinatione permālit. ut ei ne experimē-  
to quidē mortis sue persuaderi potuerit qđ demo-  
num calliditate fuisset delusus. Hic igit̄ quo pac-  
to. qua ve ratione post tantos labores ab insidia  
tore delusus. grauiſſimo lapsu corruens. cūctos

in hac heremo cōstitutos luctuoso dolore pereu-  
sīt. Nōne quia minus discrete. suis diffinitōib⁹  
regi qđ consiliis fratru et institutis maiorū obe-  
dire maluit. Quāobrem pro meritis laborū et an-  
norū tantorum numerositate qua in heremo per-  
durauit. Hoc miseratione ab his qui eius cōpatie-  
bantur exitio vix ab abate pafuncio potuit obti-  
neri. ut non inter biothanathos reputatus etiam  
memoria et oblatione paſtantū iudicaret indig-  
nus. Quid etiam de illo cōmemorem. qui duz lon-  
go tempore in angelī claritate demonem suscepit  
et reuelationibus eius innumeris sepe decept⁹. cre-  
didit inter nunciū esse iusticie. etiam per omnes no-  
ctes in cella eius lumen absqz ullius lucerne p̄be-  
bat officio. Ad extremum iubetur a demō ut dō  
filium suū qui cum eo pariter in monasterio com-  
manebat offerret. vt scilicet hoc sacrificio abrahe  
paēarche meritis adequaretur. parricidiū perfecis-  
set opere. nisi eum videns puer cultrum extra cō-  
suetudinem p̄parare acuendo. et vincula quibus  
eum uelut oblatur⁹ ad imolandū cōstrīgere dis-  
ponebat inquirere p̄slatio sceleris futuri perterri-  
tus aufugisset. **XLVI** Q per humilitatē  
veram acquīnatur discretio

**U**Era discretio non nisi vera humilitatē  
conquirit. Cuius hec erit prima p̄batō  
si vniuersa non solum que agenda sunt  
sed etiam que cogitant̄ referuenē seniorū  
examini. Nullatenus enim decipi poterit qđ  
qz. si non suo iudicio sed maiorū viuit exemplo.  
et serpens tēterrīmus uelut tenebrosa ac subter-  
raneo specu. uirtute confessionis protractus ad  
lucem. et traductus quodāmodo ac de honestatē  
abscedit. Deniqz instantum deo placita hec senten-  
tia comprobaet. ut puerum samuelē iudicio pree-  
lectum suo nollet per semetipsum erūdire sed re-  
currere semel et iterum patere ad senez etiam qđ  
offenderat deum. ut et illi⁹ qui ad diuinū minis-  
terium vocabat̄ probare humilitas. et iūniob⁹  
forma subiectionis hui⁹ p̄ponere exemplū. Pau-  
lum quoqz per semetipsum vocās et alloquēs xp̄z  
cum posset ei viam perfectionis referare confessi  
dirigere ad ananīā maluit. eumqz illius potius do-  
ctrina qđ sua censem̄ intītui. ne quod recte gestū  
fuisset in paulo posteris malum p̄sumptionis pre-  
beret exemplū. dum vnuſquisqz sibi met̄ p̄suadē-  
ret. simili modo se quoqz debere dei solius magis-  
terio ac doctrina potius qđ seniorū institutione  
formari. Quis ergo tam p̄sumptoz et cecus sit qđ  
se suo audebat iudicio discretioni⁹ cōmittere. cū  
et vas electionis indiguisse se coaplōrum suorum  
collatione testetur. Vnde probatur nulli a domi-  
no viam perfectionis ostendi. qui habens vnde  
valeat erudit̄. doctrinam seniorū vel instituta  
cōtempserit. pariūpendē illud. Interroga patrē  
tuum et ānunciabit tibi seniorē tuos et dicēti  
bi. Omni igi tur conatū debet discretionis bonuz  
virtute humilitatis acquiri. qđ nos illesos ab utra  
qz potest nimietate seruare. Ad vnum finem nimi-  
etas ieunii ac voracitas peruenit eodemqz dispē-  
dio vigiliaū imoderata continuato. monachū  
quo somni grauiſſimi torpor inuoluit. Quapropter  
inter utrasqz nimietates discretiōe moderante  
gaudeendum est. Etenim nemini me frequēt̄ ita  
appetitum cibi penitus respuisse. vt duob⁹ dieb⁹  
ac tribus refactione dilata. nec memoria quidem  
ullius eduli meā interpellauerit mente. Et rurſuz

ita somnū ab oculis meis dyaboli impugnatione  
subtractū. ut plures dīes ac noctē paululū quid  
so mī meis oculis a domīo p̄carer infūdi. graui  
usq; me perditatū somni cibiq; fastidio q̄ sapo-  
ris et castrimargie colluctatione persensi.

**XLVII** De discreta refectionis corporis  
moderatione.

**I**aqz sicut festinādum nobis est ne appē-  
titu corporee voluptatis i dissolutionē  
noxiā labamur. et ante p̄stitutū tēpus  
vel cibo indulgere uel modū eius exce-  
dere p̄sumamus. ita est esce et somni refectionis ho-  
ra legitima etiam si horreat īgerenda. Vtrumq;  
enim bellum aduersarii factiōe cōsurgit. et per-  
niciōis cōtientia īmodera quā satietas remissa  
supplantat. Ab hac nāq; ad mensurā discretionis i  
tēdente salutai opūctioe p̄scēdi potest. ab illa n̄  
potest. In utraq; enī p̄te sustinebit maximū detri-  
mentum. quisquis īequalitatē tenēs. nunc ven-  
trem īeiuniorū ariditate cōstringit. nūc escaq; nimi-  
etate distendit. et enim mens cibi manicata lassac-  
ta. perdit orationū rigorem. duz carnis nīmia. laſ-  
itudine p̄grauata cōdormitare cōpellitur. ita n̄  
mietate vozacitatis opp̄essa emittere ad deuz p̄re-  
ces puras leueſq; non poterit. sed nec castimonicie  
puritatē īdirupta valebit īugitate seruare. duz  
ei p̄terita cibi maceria ignem carnalis cōcupisen-  
tie sūministrat. Nam quod semel per escarū abu-  
dantia cōcretum fuerit ī medullis necesse est ege-  
zi. atq; ab ipsa nature lege propelli. que exuberā-  
tiam cuiuslibet humoris superflui. velut noxiā at  
q; sibi cōtrariam ī semetipsa reſedere non patiē.  
Ideoq; ratōnabilis semper et equali est corp̄ nos-  
trum p̄simonia castigandū. ut si naturali hac neces-  
sitate cōmorātes ī carne oīmodis carere nō pos-  
sum̄. saltem rarius nos et non āplius q̄ trīna vi-  
ce ista colluuione respersos totiō animi cursus ī-  
ueniat. quod tamen sine vlo p̄uritu quietus ege-  
rat. sopoſ non fallax imago iutex occulite volup-  
tatis elicit. Quam obrem hec est tempata ḥtīmen-  
tie equalitas atq; īsurata q̄ patrū quoq; iudicio  
cōprobatur. ut quotidiana panis refectionē quo-  
tidiana comitetur esuries ī uno eodemq; statu  
p̄iē animam corpusq; cōseruās. Et intātū hoc nō  
sine labore perficiē. ut malint hi qui perfectionē  
discretionis ignorāt. etiā biduo protelare īeiunia  
idq; quod hodie sūpturī fuerant ī crastinū reser-  
uare. dūmodo ad refectionem peruenientes desid-  
rata satietate potiātur. Quod nuper beniamī ci-  
uem nostrum tenuisse cognoscitīs. qui ne quotidi-  
e duo paximacia percipiēs. equali castigatione cō-  
tinuā parcitatem īugiter retentaret maluit bīdu-  
ana semper continuare īeiunia. dūmodo ad refec-  
tionem veniens duplicata mensura repleret ven-  
tris īgluviem. Qui obſtinatione et pertimacia m̄  
tis sue. diffinitionibus potiō p̄p̄riis q̄ seniorum  
traditionib; acquiescens. relicta heremo rursum  
ad vanitatem seculi deuolut; est. Pleriq; diſtri-  
tiōrem abstinentiā se credentes tenere. totā refe-  
ctionem ad resperā differūt quib; stomach; exim  
de grauatur uespere. Nam recens esce perceptio-  
tam ī uespertinis q̄ ī nocturnis orationib; te-  
nuem leuemq; sensū non sinit īueniri. Ideoq; sa-  
tis cōmodum et utile hora nona refectionis tem-  
pus īdultū est. ī quo reficiens monachus. nō so-  
lum ī nocturnis uigiliis leuis ac vacu; verū eti-  
am ī ipsis vespertinis solennitatib; digestio iam

cibo aptissim; īuenieſ. Talibus nos sancti moy-  
ses gemīe īstitutionis epulis saginavit.

**XLVIII** Collatio pafuncii de trīna specie  
vocationis. Ex libro III

**F**Nullo sauctorū choro vidim; sāctū  
pafuncii. qui p̄sbiter nostre cōgr. gatio-  
nis. id est illius que ī heremo scithii mo-  
rabatur fuit. In qua ita usq; ad extrema  
durauit etatem. ut nūq; ī cella q̄m īunior ceperat  
habitare. queq; ab ecclesiā milib; quīq; distabat  
saltem ad viciniora migrauerit. nec fessus annis  
die sabbati uel dominico ventur; ad ecclesiā tāci  
itineris spacio vexaret. Sed nec vacuus quidē re-  
uerti exinde contentus. vas aque quam per totā  
erat ebdomedam sūpturus. suis ceruicib; suppo-  
nens reportabat ad cellam. Cūq; nonagenaria ex-  
cessisset etatem. nūq; passus est eam īuniorum sibi  
labore deferre. Huius igitur magisterio īstitui-  
cupientes. illa nobis precabamur īfundī. quibus  
compungi vel humiliari. non quibus nobis metip-  
sis blandiri extolliq; possemus. Tunc ille. Tres ī  
quit vocationum sunt ordines. tresq; renunciō-  
nes. Primus ordo vocationis ex deo est. quoties  
scilicet inspiratio quedam īmissa ī cor nostrū nō  
nūq; etiam dormientes nos ad desiderium eterne  
vite ac salutis exuscitat. Secundus est per homi-  
nem. cum uel exemplis quorūlibet sanctorū vel  
monitis instigati. ad desideriū salutis accēdimur  
Tercius est qui ex necessitate descendit. cum nos  
diuitiis mundi huius uoluptatib; obligati īgra-  
entibus repente temptatōib; que v̄l mortis pi-  
cula cōmīnantur. vel amissione bonorum aut pro-  
scriptione percutiunt. uel cazorū morte cōpu-  
gunt. ad deum quem sequi ī reruz p̄speritate cō-  
tempsumus salutem ī aduersis īuiti properā cō-  
pellimur. Nunc de renū. iationib; differendū est  
Prima est qua corporalitē mundi facultates ēōtē-  
nīmus. Secunda qua mores ac vicia fructusq; p̄-  
stimos animi carnisq; respūim̄ns. Tertia q̄ mente  
nostrā ī presentibus uniuersis ac uisibilib; eno-  
cantes. futura tantum et uisibilia concupiscim̄  
Que tria etiam abrahe legimus domīū precepis-  
se. cum dicit ad eum. Exi de terra tua. id est de fa-  
cultatibus terrenis. Secundo de cognitione tua  
id est de conuersatione et moribus. uicisq; prio-  
ribus. que nobis a nostra natuitate coherēta ue-  
lue quadam consāguinitate cognata sunt. Tercio  
de domo patris tui. id est omni memoriā mundi  
quod fit quando mens nostra nullo cāne p̄gnue  
dīmis habilita contagio. sed peritissimis elima-  
tionib; expolita ab oīni affectu et qualitate ter-  
rena. per īdesinentem diuīmarū rerum meditatio-  
ne. spiritalesq; theorias. ad illa que uisibilia sūe  
eo usq; trāsierit. ut circuīndatas se fragilitate car-  
nis ac sitū corporis supnis et ī corporeis intēta  
non sentiat. Cuius rei finem atq; uirtutem nō ni-  
si capiet qui hec que dīcūt̄ experientia magistri  
perceperit. cuiq; uidelicet ita domīū oculos cor-  
dis de uniuersis presentibus auocauerit. ut ea n̄  
tang; transitura sed quasi transacta iam reputet  
et uelut ī mane ī fumum ī nichil resoluta con-  
uersatione moribusq; translata. non īueniatur  
ī presentis seculi uanitate. Ergo prima abrenū-  
atio rerum alienarum est. secunda ī rerū nostrarū  
tercia quoq; per quam etiam ipsā cūtōrum elem-  
torum plenitudinem tang; uanitati subiectam et  
mox transiturā transcendentēs mēte despici-

intuentes n̄ ea que uidetur sed que non videtur · ut ita demū illud supremū mereamur audire qd dicetur ad abrahā veni in terram quā tibi monstra uero. Itaqz per docemur et iniū volūtatis bone nobis domino inspirante concedi · cū autem pse. à per exhortationē cuiuslibet homīs · aut per necessitatē nos ad salutis attrahit viā · nostrū uero hoc esse · vt exhortationem auxiliūqz dei · uel remissiū uel enixiū exequamur. His nos sermonibz eruditos abbas pafunciū e sua cellula · nō tam alacres q̄ cōpunctos corde āte medium noctis emisit.

**XLIX** Collatio danielis de tripli causa  
sterilitatis mentis. Ex libro quarto.

**H**abatem quoqz vidiū danielē · omni virtutū genere equalē bis qui in heremo scibū cōmanebāt · sed peculiarius gratia humilitatis ornatū. Qui inquirētibus nobis · cur interdū residentes in cellula nostra · tāta alacritate cordis replēmur · ut eā n̄ dicā sermone pcurrere · sed ac ne ipse quidem sens⁹ occurreret · et mens plena spiritualibz fructibz p̄fēcē suas efficaces ac leues etiā per soporem suppli cans ad dominū peruenire sentiret · ac rursus milis existentibz causis · tanto subito repleremur angore · et irrationabili quadā mesticia · ut etiam horreter celia sordaret lectio · ipsa quoqz instabilis ac nutabūda emititur oratio ita ut īgēmīscētibz et coñtibz nobis ad directionem p̄stīnam reuocari mens nostra non possit · nec desiderio regni celorū · nec metu gehenne proposito · ab hoc letali quodā somno valeret excitari. Ita respondit. Tū p̄tīa nobis a maioribz ratio super hac sterilitate mētēs est tradita. Aut enim de negligētia · aut de impugnatione dyaboli aut de dispensatione dei et probatione descendit. Dispensationis aut ac p̄bationis duplex causa est. Prīma ut paulisp a domino derelicti & mentis nostre infirmitatem hūliter intuentes · super p̄cedente puritate cordis q̄ nobis est illius visitatōe donata nullatenqz extollamur probatēs qz nos ab eo derelictos intelligam⁹ p̄teritam cordis alacritatē non nostro studio sed illius nobis dignatiōe fuisse collatā · et p̄sentē de ipsius rursum gratia et illuminatione esse poscen dā. Secunda uero ut perseueratia nostra vel mentis constatia et desideriū cōprobet · et orationū in statia deserentem nos uisitationem spūssancētē req̄ram⁹ · ac solliciti⁹ inuentā custodire ac tenere atētius studeamus. Quodāmodo enim custodiri negligētibz solet quidqd facile credē posse p̄parari. Deniqz frequenter etiam odoribz ultra omnē sua uitatem cōpositionis hūane in hisipsis subito uisitationibz adimpletur · ita ut mens hac oblectatōne resoluta in quēdam spūs rapiatur excessum · se qz cōmorari obliuiscātē in carne. Intātū vero illā desertionem beat⁹ dauid utilem esse cognovit · ut nequaqz amoueri sed temperari eā potius dep̄ca t̄ sit dicens. Non me derelinqz usqzquaqz. Ac si diceret. Non rogo ut nūqz me dereliquas · qz nō expedit michi · ut non vel mea m̄ infirmitatem sentiens dicā · bonū michi quia humiliasti me · vel exercitiū ut non habeā preliandi · quod sine dubio habere non potero si michi semper et indirupte cōbererit tua diuina p̄tectione. Suffultū nāqz me tua defensione dyabol⁹ temptare non audebit · illud obiciens et exp̄zobrās vel michi uel tibi. Nūqz gratus iob colit deum. Nōne tu vallasti eū · ac domuz eius. Sed magis peto ne me usqzquaqz dseras · sed

facias cum temptatione ctiā prouctū. Quā ūtīqz pugnam non in uidens domī quieti israhelis · sc̄ens esse v̄tilissimā reseruauit · vt dum gentium substitutum impugnatione dep̄meretur · nūqz se sē tiret auxilio domini non egere · et ob id semper in eius meditatiōne et inuocatōe p̄sistens · non inertiō solueretur · nec bellādi uſuz et exercitia uirtutis amitteret. Frequentē enim quos non potuerunt aduersa supare · securitas et p̄spēritas deiecerunt. **L** De pugna carnis et spiritus et ei⁹ v̄tilitate.

**D**Anc pugnā nostris quoqz insertā membris · et in aplo ita legim⁹. Caro concupiscit aduersi⁹ spiritū. Habem⁹ hic pugnam inuisceratā quodāmodo corpori nostro dispensatione dñi p̄curante · q̄ sublata proculdubio ecōtrario pernicioſa pax succedit. Caro luxuriis ac libidinē delectat̄ · spūs nec ipsis q̄dem naturalibz desideriis acqescit. Illa cupit satiā sōno · replezi cibo · hic vigiliū ee ieiunijs saginatur. Honoribus illa et laudibz homīū cōfouet hic irrogatis sibi iniuriis ac p̄secutionibz gloriāt̄. Inēbas igit̄ utrasqz cōcupiscentias · anime volūtas in medi tullio quodā v̄tūpabilioze p̄sistēs · nec viatorum flagitiis oblectat̄ · nec uirtutū labozibus acquiescit · absqz castigatōne carnis castimoniam corporis desiderās obtinere · absqz ullius exasperatione conuicij patientie gratiam possidere. hūilitatem chrlstī sine honoris mundani exercere iactura religionis simplicitatem cum seculi iactura exercere · christo cum hoīm laude ac feruore seruire · distinctionem veritatis sine cuiuspiā vel tenui offensione proferre. Postremo sic uult futura cōsequi bona ut p̄sēntia non amittat̄. Que uoluntas nūqz nos ad veram perfectionem faceret peruenire · sed in tepeze quodā deterrimo collocaret · nisi hunc statum altrīnsecus hec insurgentia bella dirūpent̄. Hec igit̄ inter utraqz contentio · illā perniciōsiorem excludens anime volūtatem · ut qndam equitatis libram in statua nostri corporis collocat̄ · q̄ spiritus carnisqz confimia iusto discernit examīne · nec a de xtris mentem spūs ardore succensam nec a leua carnem vīciorū aculeis p̄ponderare p̄mittens. Tepidum nostre uolūtatis arbitriū · hic spūs feruor · illinc carnis gelidissimus rigor · mod̄ ratissimo calore cōtemperat. Deniqz demones cū sint de eminentiore angelorū ordine deuoluti · de testabiliores esse homibz cōtemplamur · eo q̄ possibiliter eorum desideriis adiacente id quod neq̄ tēr semel conceperint irreuocabili malo perficere non morentur · quia sicut est anim⁹ eorū velox ad cogitandū · sic ad perficiendū pernix et absoluta substantia · et quia nulla ad peccandū impugnatōne carnis extrīnsecus lacessita est · ob hoc sine uenia peccatū et sine remedio languor est. Sic colligent̄ q̄ non solū noxia non sit hec in nobis caris spiritusqz contentio · verū etiam multā nobis conferat v̄tilitatem. Prīmo q̄ desideras ac negligentias nostras statim arguit. Secūdo q̄ pro castimōnie ac puritatis integritate cum in secretis cōsciētie nostre fuerimus elati · suo nos rursum q̄uis q̄to ac simplici uisitās ī fluxu · humiliat ac retundit nosqz homines esse suis stimulis āmonet. Quodā modo enim cū in ceteris generibz vīciorū et quidem grauioribz magisqz noxijs indifferenti⁹ soleamus incurere · nec tamen facile in eorum compugnamur admissu · in hoc p̄cūlariū hūiliat̄ oscia

nostra. perq; hāc illusionē neglectarū quoq; pāstī  
onū recordationē mordet. evidenter intelligens ī  
mundam se factam naturalib; iūcentiū. que cū  
esset immūdior spūalib; viciū ignorabat. Essem<sup>2</sup>  
ita penitus sine remedio tepidū utpote non habē-  
tes iudicem negligentie nostre. uel in corpore no-  
stro. vel in cōscientiis nostris insidentem. nec stu-  
deremus vñq; ad pfectōnis peruenire feruorem  
sed nec frugalitatis quidem distinctionem vñl con-  
timente teneremus. nisi nos hec titillatio carnis ī  
crescens humiliaret atq; retunderet. et aduersus  
quoq; spī ritualium uicioz purgationem solitos  
redderet et intēntos. Deniq; in his qui spadones  
sunt corpore. idcirco hūc animi teponem plerūq;  
melle deprehendimus. quia velut absoluti ab hac  
necessitate carnali. ne labore contineant corpora-  
lis. nec contritione cordis se estimant indigere. et  
hac securitate resoluti. nūq; perfectōez cordis. s;  
nec spiritualiū quidem viciō purgatōnem que-  
rere festināt. **C. I.** De perniciosa securitate  
et teponē ac superbia. **L**ibro primo

**N**ec status a carnali qualitate descendens  
efficitur animalis. qui est proculdubio  
deterior gradus. Ipse euim est qui de fri-  
gido ad tepidū transiens. detestabilior  
voce domini signat. Quiqdquid enim frigidū est  
etiam ore nostro suscepsum uertit in calorem. ac  
salutifera suauitate precipitur. Quod autē vicio se-  
mel perniciose teponis abiectū est. nō dicā labiis  
admonere sed etiam emim̄ intueri sine ignē hor-  
rore non possumus. Rectissime ergo pñūciatur  
esse deterior. quia facilius ad salutarem cōuersio-  
nem ac perfectionis fastigiū carnal' quis. id ē se-  
cularis vel gentilis accedit. q; is qui profess̄ mo-  
nachum. ab illo fewel spiritualis feruoris igne dis-  
cessit. Ille nanq; saltē uiciis corporalibus humi-  
liatus ac sp̄ritus ardore succensus ad perfectōez  
facilius cōuolab̄. Nam qui semel ut dixim̄ tepi-  
do exorsus initio. monachi ceperit abuti vocabu-  
lo. qnodāmodo ūolutus. nec ex se ulteriō pfecta  
sapere nec alterius poterit monitis eruditū. dīc  
enim. quia diues sum et locuples et nullius egeo  
&c. in eo factus etiam seculari deterior. q; nec mi-  
serum se. nec cecum aut nudum. uel egere monitis  
ali cuius. aut institutione cognoscit. Deīq; quod  
pudet dicere. ita plerosq; abrenūciasse cōspicim̄  
ut nichil ampliō imutasse de anteriorib; viciis ac  
morib; cōprobene. nisi ordinem tātūmodo atq;  
habitum secularē. Nam et acquirere pecunias ge-  
stunt quas nec antea possederunt. uel certe quas  
habuerant retinere non desinunt. aut quod est lu-  
gubris etiam amplificare desiderant. sub hoc p-  
textu. q; famulos suos exinde semper vel fratres  
alere se debere iustū esse contendant. uel certe sub-  
obtentū cōgregandi cetus reseū ant. quos velut  
abbates insitue se posse psumant. Q; si in vari-  
tate uiam perfectionis inquireret. semetiplos sin-  
gulares ac nudos ita sub seniorū imperio colloca-  
rent. ut curam non modo aliorū nullā sed ne sui  
quidem gerent. Ecōtrario autem euenit. ut duz  
fratribus pesse festinant. nunq; seniorib; ipsi sub-  
sicianē. et a superbia inchoantes. dum alios instru-  
ere cupiūt. nec discere ipsi nec agere ea que sūt do-  
cenda mereant̄. Cuius superbie duplex est speci-  
es. una que serietatem grauitatemq; ingiter imita-  
tur. alia que effrenata libertate in cachinos risus  
q; fatuos dissoluitur. Et ille quidem taciturnitate

congaudet. hec vero dēsignatur silentio coartari  
nec confunditur passim proloqui res in congruas  
et ineptas. dum erubescit vel inferior ceteris uel i  
doctior iudicari. Nec aliis superbie fomes est. p  
ieunio fratrem q; pro refectione negligentie cōi  
temnere. nisi q; perniciosa et a remedius longi  
quiōra sunt uicia. que sub specie virtutū et ima-  
gine spiritualium rerum videntur emergere q; il  
la que ex apto pro carnali uoluptate gignuntur.  
Hec enim uelut palam expositi et manifesti lāguo-  
res. et arguitur cōmīt̄ et sananē. Illa vero duz  
sub pretextu uirtutum geruntur. incurata perdu-  
rant. et deceptos quosq; periculosus faciūt ac de-  
spatiō egrotare. Nam illud ridiculum qualiter ex  
pmatur. q; non nullus tanto cernim̄ studio i his  
que penitus abscidī non possunt. et que nequeūt  
in hoc ordine nō haberī. qmuis parua viliaq; sine  
esse deuinctos. ut horum cura p̄stinarum omniū  
facultatū supet passionem. Qib; pfecto nō mag-  
no prōdēt maioris opes ac substātias cōtemp̄sis-  
se. quia affectus earū ob quos ille cōtempte sūt  
in res paruas atq; exiguae trāstulerūt. Quid enī  
differt. verum quis perturbationem cupiditatis  
erga opes amplas atq; magnificas an ēga uilioēs  
exerceat species. Nisi q; in eo reprehensibiliōz iu-  
dicandus est. q; qui maxima spreuerit minis ob-  
ligetur. **C. II.** Collatio serapionis dōctō p̄f-  
cipalib; viciis. **E**x libro. V

**N** illo cetu senum fuit vir nomīne sera-  
pion a p̄mea etate gratia discretionis  
ornatus. Ambientibus autem nobis ut  
de impugnatione uicioz aliqua dispu-  
taret. quib; origines eorū et cause manifesti pā-  
derēt ita exorūt est. Octo sūt principalia vicia q  
hūanum infestat gen̄. Horū igitur genera sūt du-  
o aut enim naturalia sunt. ut castrimargia. aut ex-  
tra naturā ut filargiria. Efficientia uero qdripar-  
tita est. Quedā enim sine actōne carnali cōsumari  
non possūt. ut est castrimargia et forniciatio. Que  
dā uero sine ulla corporis actōne cōplēt̄. vt est  
superbia et cenodoxia. Nonl'la cōmotiōis sue cau-  
fas extrinsec̄ accipiūt. ut est filargiria et iza. Alia  
vero intēstīnis motib; excitāt̄. ut est accidia atq;  
tristitia. Paritati studentib; plimū cōfert. ut car-  
naliū passionū ipsas materias sibi p̄mit̄ subtra-  
hant. quib; potest uel occasio uel recordatio earū  
dem passionū egrotati adhuc anime generari. Ne  
cessēt enim ut morbo dupliū duplex abibeatur  
curatō. Nā corpori ne cōcupiscentia in effectū tē-  
ptet prōp̄pere necessario effigies et materia illi-  
cīens subtrahenda est. et anime nichiloiz ne eam  
uel cogitatione concipiat. attentio meditatō scri-  
pturarū et solicitude pūgil ac remotio solitudi-  
nis ut iliter appōnda ē. In ceteris autē viciis nibil  
humana cōsortia obsūt. quīmo etiam plimū confe-  
rūt. bis qui careze eis in ueritate desiderant. quia  
frequentia hominū magis arguitur. et duz laces-  
sita crebriō manifestātur celeri medicina perueni-  
unt ad salutem. Q; autē extra naturā sit filargiri-  
a liquet. Nichil enim ad vsum ac necessitatē na-  
ture cōm unis p̄ter escā quotidiana ac potum cer-  
tū est peruenire. Ideoq; hoc viciū nō nisi tepidos  
ac male fūdatos monachos pulsat. Que autem na-  
turalia sūt etiā probatissimos in solitudine p̄morā-  
tes artemptare non desinūt. Et intātū hoc uerissi-  
mum comp̄bat. ut etiā non nullas gētes ab hac  
passiōe. id ē. filargirie libertas om̄iodis agnosca?

Cuius rei testes multa hominum milia possumus inuenire. qui dispersis omnibus substantiis suis ita eradicauerunt. hanc passionem. ut ne tenuiter quidem ab ea pulsentur ulterius. nichilominus omni tempore contra castrimargia pugnates. **LIII.**

**D**e confederatione eorum mutua sue ocathe-

**H**ec igitur octo vicia licet diversorum tone ortum ac dissimiles efficietas habeant. sex tamen quadam inter se cognitione ut ita dixerim coctathenatione connecta sunt. ita ut poris exuberantia sequentis efficiat exordium. Nam de abundantia castrimargie fornicationem. de fornicatione filargiria. de filargiria ira. de ira tristitia. de tristitia accidia. necesse est pullulare. Ideoque simili contra hec modo atque eadem ratione pugnandum est. et a precedentibus semper aduersus sequentes opozet nos inire certamina. Facilius enim cuiuslibet arboris noxia latitudo ac peccatas exarescit si antea radices eius quibus initio. vel nudate fuerint uel succise. Et infestates humores aquarum contnuo siccabuntur. cum generator eorum fons ac profluentes vene solerit industria fuerit obturate. Quam obrem ut accidia vincantur. ante supanda tristitia est ut tristitia appellatur ira prius est extirpanda. Residua uero duo sibi qui dem simili ratione iunguntur cenodoxie enim exuberantia superbie somitem paret. sed ab illis. vii. poribus viciis penitus dissident. nec simili cum eis societate federantur. Siquidem non solu nullam ex illis occasionem sue generationis accipiunt. sed etiam contrario modo atque ordine suscitant. Nam illis euulis hec debemus fructificare et illorum morte vivaciter pullulat atque succrescunt. Valde itiam diuerso modo ab his duobus viciis impugnamur. In unumquodque enim illorum. vii. uicio rum tunc incidimus. cum a predictis eorum fuerint electi. In hec uero duo uictores uel maxime per triumphos periclitamur incurrire. Et licet hec octo vicia inuidem sibi conexa atque permixta sint. specie alius tamen in quatuor diuagantes et copulas dividuntur. Castrimargie namque fornicatio peculiariter consortio federae. filargirie ira. tristicie accidia. cenedoxie superbia familiariter coniugantur. **LIII.**

**D**e gula et luxuria et ira et tristitia.

**H**oc sigillatum nunc de vniuersuisque visu generibus disputemus. Castrimargie genera sunt tria. Primum quod ad refractionem purget monachum aetate horam statutam uel legitimam festinare. secundum quod explicatione ventris et quarilibet escarum uoracitate letat. tertium quod accuratores delicatissimos considerat cibos. Ex his tribus causis diuerse ac pessime valitudines anime precentur. Nam de prima monasterii ordinum dignitate. de secunda igniti luxurie ac libidinis aculei lucifrant. terciam etiam inextricabiles filargirie laqueos nequit ceruicibus captiuorū. Cuius nobis passionis messe vestigia deprehendimus. cum forte ad refractionem detenti ab aliquo fratre. contemti non sumus eo sapore cibos sumere quo ab exhibente conditi sunt. sed quidam superfundi eis uel adiici importuna atque effrenata possumus libertate quod fieri penitus non oportet tribus de causis. Prima quia mens monachi semper debet in omni tolerantia ac parcitate excitatione uersari. et secundum apostolum discere in quibus est sufficiens esse. Nullatenus enim poterit uel occulta uel maiora corporis desideria refrenare. quisquis degustatione modi ce insuauitatis offenditur. ne ad momentum quidem deli-

cias gnturis sui maluerit castigare. Secundo quod nonunquam evenit ut ad horam desit illa species quam postulat a nobis. et uere credidam necessitatibus frugalitatem suscipientis incutimur publicates scilicet paupertatem eius. quam soli deo cognatam esse maluerat. Tercio quod interdum solet sapor ille quem nos ad hunc possumus aliis displaceere. et inuenimur iniuriam multis dum nostre gule ac desiderio satisfacere cupimus interrogare. propter quod omodis in nobis est huiusmodi castiganda libertas. Fornicationis genera sunt tria. Primum quod per mixtione sexus utriusque pficitur. Secundum quod absque femineo tactu pro quo her patriarche iudei filius a domino percussus legitur. quod in scripturis sanctis inuincitudo nucupatur. Tercium quod animo et mente concipiatur. de quo dominus ait. qui uiderit mulierem ad concupiscentiam eam. iam mechatur est ei in corde suo. Filargirie genera sunt tria. Primum per renunciantes diuitias ac facultatibus suis spoliari non sinit. Secundum quod ea que a nobis dispensata sunt uel indigentibus distributa resumunt nos maiori cupiditate persuadent. Tercium quod ea que ne antea quidem possedimus desiderare acquiruntur cōpellit. Ite quoque genera sunt tria. Vnum quod ex ardore descendit. Tertium quod per tempore seruat. Tristicie genera sunt duo. Vnum quod vel iracundia desinente. vel de illato dano ac desiderio peredito cassatoque geneat aliquid quod de irrationali mentis anxietate seu desperatione descendit. Accidie genera sunt duo. Vnum quod ad somnum precipitat estuantes. aliud quod celum deserere ac fugere cohortantur. **LV.** **D**e mani gloria et superbia.

**O**nus enodoxie quoque genera duo sunt. Primum quod per carnalibus ac manifestis extollimus rebus. Secundum quod spiritualibus rebus et occultis desiderio vane laudis inflammarunt. Una remanent cenodoxia utiliter ab incipientibus assumuntur. et ab his ducebat qui adhuc vieis carnalibus instigantur. Verbigratia. Si illo tempore quo fornicationis spiritu perurgetur mente concorde perire. vel sacerdotalis officij dignitate. vel opinionem cunctorum quae sancti et immaculati esse creditur. et ita inuidos concupiscentie stimulos quasi turpes et indignos vel extimatione sue vel illi ordinis iudicantes. bac saltem contemplatione delinquent. minori malo id quod maius est retinendes. Satius est enim cenodoxie vicio quemculque pulsari. quam incidere fornicationis ardorem. unde ipsarum aut non valeat. aut vix valeat post ruinam. Nam laude inquit mea infrenabo te. ne intereas. id est ut dum cenodoxie laudibus compediris. nequaquam ad inferni profunda prouias et irreuocabiliter mortali peccatorum consummatione mergaris. Nec miranti passioni huic messe virtutem. ut irruentem quemque in fornicationis labore valeat refrenare. cum ita eum quem semel veneni sue peste corruerit infatigabilem reddat. ut faciat ab eo ne biduana quidem ieunia vel triduana sentiri. Quod enim non nullos in hac heremo frequenter nouimus fuisse confessos. sequuntur in cenobio syrie constitutos quinque diebus refractionem cibi sine labore tolerasse. nunc autem tanta se fame etiam ab hora tercia pergeri. ut usque ad nonam vix queat differre quotidiana ieunia. Super quod re pulcre abbas machani. cum idam precuantur. cur fame ab hora tercia in heremo pulsaretur. qui in cenobio ebdomadibus integris refractionem continevit non sequitur quidem. Reiponatur.

Quia hic nullus est ieiunij tui testis. qui te suis latus nutriat atque sustentet. ibi autem te dicitur hominum et cenodoxie refectio saginabat. Populum israhel a nechao rege egipci capituatu ascendens natus buchodonosor rex assiriorum de finibus egipci ad suam transstulit regionem. non ut eos libertati restituere eret. sed ut ad suas abduceret terras longas quod fuerat in terra egipci. licet enim tolerabilis sit cendo doxie quod fornicationis vicio deseruire. difficultas tamen a cendo doxie distinctione discidit. Superbie genera sunt duo. Primum carnale. secundum spirituale quod etiam primitios est. **LVI** De conflictu cum vicis. Sicut unusquisque vicu quo maxime predictis infestat explorans. aduersus illud arripiat principale certamen. indesinente quoque oratione fletus ad deum fidens. Impossibile est enim de quilibet passione triumphum quempiam premeri. proutque intellectus industria vel labore proprio victoria certaminis semet obtinere non posse cum tamen ut valeat emundari necesse sit die nocturno eius in omni cura et soli citudine permanere. Cumque se ab ea senserit absolutus rursus latebat sui cordis plustret. et excipiat sibi quam inter reliquias inuenierit diriore. atque aduersus eam specialius omnia spiritus arma comoueat et ita semper validioribus suis celarem de residuis habebit facilemque victoriā. quia et mens triumphorum processu reddite fortior et infirmorum pugna succendens promptiorem ei faciet prouentum pliorum. Nec tamen putandum est. quod principaliter quis contra unum dominicas vicium et velut incertus aliorum testa la propiciens. in opimato ictu faciliter valeat sauciari. Impossibile namque est eum qui pro cordis sui munitioe sollicitus erga impugnatōem vicij cuiuslibet intentionem sue mentis armauerit. aduersus cetera quoque vicia generale quendam horrorem et custodiā simile non habere. Quo enim modo relativa quae absoluēt passione merebitur obtainere victoriā quem indignū pungationis pīmo aliorum facit contagio vitoriū. Denique vii. inquit gentes multo maioris numeri sunt quod tu es. et robustiores te. Quod multo maioris numeri esse dicuntur. quod plures viae et virtutes. numerosior enim est carnalium passionum populū de septenario somite vicorum procedens. fortior enim militat in membris nostris oblectatio carnalium passionum quod studia spirituum virtutum. quod non nisi summa contritionis cordis et corporis acquiruntur. **LVII** Collatio theodori de prosperis et adversis huius seculi. Ex libro sexto.

**T**um palestine pībus iuxta thecue vicū quod amos prophetā meruit pīcreare. solitudo vanissima est. In hac sume sanctitatis monachi diutissime operantes. repente sunt a discordantibus saracenoque latrunculis interempti. Ob hoc igitur mestii ad sanctū theodorum proximus. Cui cum predictoruī nece queremonia fudissemus admirantes cur deus admitti in seruos suos tantum facinū cōsensisset. respondit. Hec questio illorum solet a nos promouere qui parū fidei vel scientie possidentes. merita factorum vel pīmia que reposita sunt in futurū arbitrā. in huius vite breuitate institui. Tria omnia que sunt in hoc mundo. id est bonū. malū. neutruī. Nichil in rebū hūanis principale bonū est nisi virtus animi. nichil nisi peccatum. media sunt que in utrāque pītem pīfectu et arbitrio utentis diuini possunt. ut diuinitate. potestas. honor. robur. sanitas. pulcritudo. vita. mors. paupertas. infirmitas. iniurie. et his similia. que pī qualitate et affe-

